Alexandri & erā Jezdargbuth 941. āni et
257. dies Et illud qd est int erā Arabū
& erā Jezdarghith de dieb᷒ est 3624. dies
prima ḡo haꝝ eraꝝ ē Era Nabuchdonosor
dein Era phylippi: postea Era Alexandri
Deinde Era Arabū postea Era Jezdarghith.

Caplm̄ 2ᵐ de hoc qd celū est sm̄ similitu-
dinem spe & reuolutio ei᷒ cū oib᷒ stellis q
sᵗ ī ipō est sicut reuolutio spere.

INter sapientes diuersitas non existit qm̄
celū sm̄ spere similitudinē cōsistat et
qm̄ ipm̄ reuoluaᵗ cū omib᷒ stellis q sᵗ in ipō
sic reuoluiᵗ spera sup duos polos fixos imo-
biles quoꝝ unus ī pte septētrionis & alter
ē in pte meridiei Qx à sigᵗ illud stelle ē
q omis incipiᵗ ab oriēte & eleuaᵗ paulati
sm̄ ordinē unū in motib᷒ suis & q̄titatibus
suoꝝ corpoꝝ & elongationib᷒ ab inuicē usq̄
quo celū mediaᵗ: deinde ruit descendēdo
uersus occidentē sm̄ illū ordinē & modum
& uidentᵘ mot᷒ eoꝝ reuolutioib᷒ eq̄distātib᷒
nō diuisificatis uelocitate neq̄ tarditate, ac si
ipē fixe adhererēt ī supficie spe reuoluētis
eas omis reuolutiōe una Manifesti᷒ uō q signi-
ficatū est & fixū in cogitatioib᷒ eoꝝ q formā
celi ē sic formā spe, ē illud qd uiᵗ de re-
uolutiōe stellaꝝ q sᵗ semp sup terrā appa-
rētes in climatib᷒ septētrionalib᷒ sic Capri-
corn᷒ & Alfartardain & bnētnas & que
hüis stellis pxiore existūt: ipē nāq̄ reuol-
uuntᵘ in circulis adinuicē eq̄distātib᷒ ac si
omis ipē in circuitu uni᷒ pūcti uoluantur

iesus

Capitulum primum de [illegible] circuli stellarum quomodo operantur in hoc seculo.

In Dei nomine. Epistola Mesahala in rebus eclypsium et in coniunctionibus signorum planetarum et revolutionibus annorum et habet duodecim capitula.

Dixit Mesahala: fecit terram ad similitudinem spere et fecit circulum altiorem ad similitudinem eiusdem in circuitu volubilem et posuit terram fixam et immobilem in medio circuli non declinantem ad dextram sive ad sinistram. Et posuit quatuor elementa mobilia, id est fecit ea moveri per motum planetarum. Caput vero draconis et species universe stelle participant cum planetis in omnibus suis operationibus atque naturis. Similis est igitur motus planetarum in hoc mundo lapidi magnetis et ferro quia sic trahitur ab hoc lapide ferrum per veram longitudinem: ita omnis creata et universa que sunt super terram tam sementum quam animalium fortuna seu impedimentum, aptatio quoque vel destructio fit ex motibus planetarum in operibus eorum: cuius rei maxima significatio est diversitas hominis in esse suo et infortuniis seu infortuniis. Et quia videmus quosdam rationales privari bonis: quosdam vero stultos bonis perfrui: Nunquid hoc non habeat aliquam causam significantem quod fortunia et infortunia fiant, absque arbitrio et voluntate eorum qui patiuntur fortunatorum scilicet et infortunatorum: Et hoc totum nutu dei est opus planetarum et eorum fortuna, atque infortunium.

Capitulum 2m de diversitate stellarum in plagis terre.

Scito quod sit planetis opus diversum secundum diversitatem climatis quia in quibusdam climatibus sunt quidam planete fortune et quidam mali in alio et in alio climate diversis ordinibus. Et ideo decet omnis rationalis intelligere rationes climatum atque regionum ut regio et terra ethyopum, apud quam est calor semper et terra sclavorum apud quam est frigus semper: Cumque significaverit planeta civibus ethyopie frigus superfluum: temperatur eorum aer, Et cum hoc significaverit sclavis corrumpitur eorum aer et peribit eorum habitatio, et ob hoc necessaria erit scientia rationis climatum et regionum, atque aeris, Et scito quod scientia astrorum sit gravis valde, et quod dignius ex ea sciri potuerit est hoc omne, id est universale ac plurale, ut sunt revolutiones signorum et eclypsis et horum omnium significationes intelligere, et hoc non fit nisi per coniunctionem naturarum signorum, Et quid significat unumquodque, et ex regionibus et pluviis et diversis rebus, Et etiam predixi hoc in libris nostris sed nunc dicamus propter harum rerum brevitatem, et modo incipiamus cum dei auxilio. De Signis et eorum partibus et naturis

Signa sunt 12. In unoquoque signo sunt 30 gradus et in unoquoque gradu 60 minuta, et in unoquoque minuto 60 secunda, et sic usque ad quantitatem puncti id est usque ad infinitum: Et hec sunt nomina eorum Aries: Taurus etc. Et sunt eis significationes super ignem: aerem: aquas et terram: Nam ex eis sunt tria ignea: Aries: Leo et Sagittarius: tria terrea videlicet Taurus: Virgo et Capricornus: tria aerea videlicet: Gemini: Libra et Aquarius: tria aquatica: Cancer: Scorpio et Pisces: Signa ignea sunt calida: Aquatica frigida. Terrea et frigida. Aerea calida Et similiter omnia signa calida sunt masculina et frigida feminina: Masculina et sunt diurna et feminina nocturna: Sunt quoque signorum quatuor immobilia in quibus scilicet non movetur tempus: scilicet Taurus Leo et Scorpio et Aquarius, Et sunt quatuor mobilia in quibus movetur scilicet Aries cancer Libra Capricornus, et quatuor sunt bicorporea scilicet Gemini Virgo: Sagittarius pisces.

Capitulum quartum in revolutione annorum

Cum volueris scire quid accidat in mundo de pluviis et ventis etc. Constitue ascendens hora introitus solis in primum punctum Arietis et constitue planetas septem in eadem figura: considera quis eorum prefuerit ei qui si fuerit fortuna aptabitur tempus: si vero fuerit malus vel impeditus erit mundus corruptus, Et similiter fac in annis quartis et mensibus et scito quod cum plures planete coniuncti fuerint in signis aquaticis in revolutione anni significabunt multitudinem pluvie: In signis igneis significabunt multitudinem caloris et siccitatis et terre sterilitatem: In aereis multitudinem ventorum. Et in terreis significabunt gelu atque nives et similiter in quartis anni Cum fuerint planete in signis frigidis significabunt gravitatem frigoris et minutionem caloris. Scito quoque cum perfuerint Mars et Saturnus et non aspexerint eos fortune significabunt multitudinem guerre et destructionem mundi: Ita quoque cum fuerit Mars dominus quarte estivalis et fuerit in aliqua domorum Mercurii significabit multitudinem pluviarum et pestilentiarum, et scias quia gravitas siccitatis et terre sterilitatis vel penurie annone, non fit nisi ex coniunctione planetarum in signis igneis: intellige hoc et proba secundum quod dixi tibi, et invenies secundum quod dixi.

Capitulum quartum de eclypsi lune et eius significatione

Dixit Mesahala oportet te considerare eclypses anni tam lunares quam solares, et scire ascendens medie eclypsis et eum qui prefuerit eidem ascendenti et eius figure qui si fuerit malus significabit impedimentum et destructionem: Si vero fuerit fortuna significat aptationem. Et scito quod eclypsis lune cum fuerit in signis frigidis significat gravitatem frigoris et in aquaticis nimietatem

Media eclypsis est dum quando luminaria sunt coniuncta in eodem [illegible] Nam dicit Almansor in suis [illegible] pborismis: Gradus coniunctionis luminarium est media [illegible] eclypsis eorum.

pluviarum si adiuvavit tempus .i. si fuit hyems: Si vero fuit estas significabit temparitum aeris: intellige & proba sicut cetera Intellige et quia cum fortuna aspicit lunam & recipit eam erit eius significatio in quo significavit super bonum & proficuum.

Capitulum .6m. in mutatione temporum per mutationem planetarum in signis scilicet ponderosorum

CVm volueris proscire temporis varietatem super diversas res mundi corruptibilis: scito signa planetarum ponderosorum & signorum utrum sint c. vel f. que si fuerit calida significabunt caliditatem in estate & temparitum aeris in hyeme. Et si fuerint in signis ~~frigidis~~ siccis: significabunt frigus in hyeme et & temparitum in estate / & similiter cum coniuncti fuerint planete in signis signis aquaticis significabunt superfluas pluvias & aeris corruptionem per easdem pluvias & in hyeme / & temparitum aeris ac multitudinem roris in estate / & secundum hoc proba quia non errabis: Planete autem ponderosi sunt Saturnus Juppiter & Mars / debes quoque copulare eis solem: Scito denique quod planete ponderosi / cum fuerint in directo alicuius regionis significabunt siccitatem atque terre sterilitatem: Cum vero elungati fuerint ab ea significabunt multitudinem pluviarum: Volo intelligi per propinquitatem / ut sit in signis septentrionalibus / & per longitudinem in meridianis: Scito quoque quod planete ponderosi / cum fuerint omnes orientales significabunt siccitatem / & cum fuerint occidentales significabunt multitudinem pluviarum in hyeme / et temparitum aeris in estate / & similiter in ortu significat aptationem temporis aeris in hyeme / et nimiam siccitatem in estate

Planete in directo alicuius regionis

Capitulum 7m. de eclypsi solis & eius significatione

DIxit Mesahala Scito quod eclypsis solis non potest fieri quin significet aliquod magnum accidens secundum quantitatem eclypsis illius hoc est ut sit ex quarta ~~precepcionis~~ solis & sequentis Scientia autem eorum que accidunt de eclypsi solis est / ut scias ascendens medii eclypsis & planetas vincentes in eo super figuram eclypsis / quod si fuerint mali significabunt malum & detrimentum / & mortem regum atque divitum Et si fuerint fortune significabunt fortunam & aptationem rerum / Et scias quod eclypsis solis cum fuit in ariete significat interfectionem regum & divitum / & siccitatem / sive sterilitatem / atque famem / & ita in reliquis signis igneis: In aquaticis autem significat multitudinem pluviarum / & detrimentum aeris: Intellige quoque quod si fortune aspexerint, erit minus mali: Mali vero cum aspexerint amplificabunt eum nimis & fortius / Et scito quod cum sol vel luna fuerint hyleg alicuius vel alchocoden alicuius & obscuratus fuerit / significabit ei cui fuerit hyleg vel al[cocoden] quodammodo periculum magnum vel infirmitatem gravem nisi aspexerint fortune.

Capitulum 8m in coniunctione planetarum & eius opposi[tione]

COniunctio planetarum significat accidentia esse huius mundi & eius res que sunt generate: Tempore coniunctionis planetarum superiorum altiorum & inferiorum fortune significabunt fortunam & bonum effectum si vicerint super figuram coniunctionis: Si vero mali vicerint significabunt malum & effectum eius: Noveris & quia quando coniuncti sunt in aliquo signorum: significabunt detrimenti multitudinem secundum substanciam eiusdem: Si ergo hoc est si fuerit coniunctio in signis aquaticis: significabit detrimentum pluviarum & sic de ceteris signis: Si autem coniuncti fuerint in signis femineis / significabunt pestilentias & mortem feminei sexus animalium / Et scito quod coniunctiones & eclypses lunares / cum fuerint in signis fixis: significabunt durabilitatem mali & eius detrimenti / Et si fuerint in signis mobilibus / significabit paucitatem durabilitatis mali & illius detrimenti: Si vero fuerint in signis communibus: significabunt mediocre malum et hoc dic de bono.

Capitulum 9m in coniunctione planetarum altiorum

DIxit Mesahala / scito quod res maxime atque mirande accidunt ex coniunctione planetarum superiorum / & hoc fit propter tarditatem nativitatis eorum: Cum coniuncti fuerint ipsi tres in uno termino vel facie / & aspexerit eos sol / significabunt destructionem sectarum & regnorum & eorum mutationem & res maximas / secundum quantitatem fortitudinis eorum et vincentis super significationem eorum / & hec est coniunctio eorum maximaque significatio per prophetas & destructionem quorundam climatum / & res maximas / & maxime si auxiliatus fuerit ei aliquis planetarum inferiorum / Et scias quod fortior ceteris erit significatior si fuerit fortuna / Et si fuerit malus significabit malum & turbationem: Intellige & quod si hii planete coniuncti fuerint in exaltationibus suis significabunt bonum & aptationem temporis / et multitudinem commotionis malorum bellorum / et demonstrationem miraculorum: Si vero coniuncti fuerint in casibus suis significant detrimentum & siccitatem & sterilitatem terre atque famem non sunt fortunati Noveris et quod cum coniuncti fuerint in signis igneis / significabunt et terre sterilitatem Et in signo aquatico pluvie multitudinem: In aereo quoque significabunt fortitudinem ventorum: In terreo quoque superfluitatem frigoris atque detrimenti Et si coniuncti fuerint in signis masculis / significabunt detrimentum animalium masculinorum / & sic de femininis.

vel signo

vel aspectus

Capitulum 10m in coniunctione minori:

IAm narravimus que res accidunt in coniunctione

Dicit Almansor in suis Amphorismis quod impedimenta que futura sunt in annis Alchiram eveniet cum pervenerit annus mundi per profectionem ad corpora malorum dando unicuique signo annum: Comentator autem ptholomei scilicet haly in 2a parte quadripartiti capitulo 6 tenet quod coniunctiones planetarum nihil operantur nisi veniat simul cum eclypsibus / et quando sic eveniunt et fuerint cum eclypsi lune et ponatur quod eclypsis duraverit 3 horis que hore significant menses quod tunc debes multiplicare illos menses per mille et exibit numerus 250 annorum Et ponatur quod sit eclypsis solis et duraverit duabus horis obscuritas / et fuit et coniunctio saturni et Jovis quod tunc multiplicabimus illas horas in annis et fiet anni 2000 et tamen durabunt eorum effectus boni seu mali / qui tamen recipient augumentum et diminutionem secundum augumentum coniunctionis que erunt in medio huius: ita dicit ptholomeus ibidem et fecit similiter 64 verbo centiloquii De tempore et adventus rei significate per coniunctionem / sive magnam: sive mediam: sive minorem / vide habram avenere in libro de revolutionibus annorum et coniunctionibus planetarum: in Capitulo de bellis et fertilitate que opinio est Mesalach

Almansor in suis amphorismis dixit Jupiter et Saturnus mutant res et diversificant erit quod istorum initium cum mutant de una triplicitate ad aliam et ex coniunctionibus et ex una figura in aliam

Dixit hermes in libro florum aphorismo. 95. Tunc dicitur magna coniunctio cum superiores planete in uno de signis regijs coniunguntur et tunc regna potentissima fiunt quia a sole aspiciuntur.

maiori que est coniunctio planetarum superiorum. Sed et hijs planetis superioribus alie sunt coniunctiones significantes et accidentia maiora: Coniunctio namque Saturni & Jovis est coniunctio maxima & hec significat accidentia & sectas Scias autem accidentium ex ea habetur aspiciendo ascendens & planetas hora coniunctionis eorum, & quis horum dominatur in figura qui si fuerit fortuna significabit bonum & aptationem temporis. Si fuerit malus detrimentum & siccitatem, & terre sterilitatem atque guerras: Scito etiam quod cum Juppiter fortior fuerit Saturno, significabit bonum in eadem coniunctione Si vero Saturnus prefuerit significabit detrimentum, atque tribulationem, Et scito quod coniunctio eorum in signis igneis & aereis significat siccitatem terre & sterilitatem, nec non fori quietatem, Et in terreis destructionem seminum & famem: In aquaticis vero significat mediocritatem pluviarum ac pestilentie tali condicione quod non sint impediti, Si demum fuerint fortunati significabunt augumentationem bonorum in omnibus eorum significatis, & malorum diminutionem, Item scias quod coniunctio maior, cum fuerit in aliquo angulorum scilicet maxime medij celi significabit apparitionem regis, vel prophete ex parte illius signi, si autem fuerit ipsum signum fortunatum & dominus eius bonum esse significabit hoc est illius triumphum, atque dominationem: Si vero fuerit impeditus & dominus eius, significabit eius interitum, atque destructionem, Et erit coniunctio metuenda post annos eiusdem coniunctionis noctos quos alibi memoramus.

Alibi narrat tempus eventus rei significate

Media coniunctio est: coniunctio Martis & Saturni, & hec significat accidentia bellorum, atque guerrarum et contrictatum, Cumque volueris scire eadem accidentia, scito dominantem in figura coniunctionis eorum qui si fuerit fortuna significabit apta omnes esse, Et si fuerit malus, significabit malum & etiam impedimentum: Scias etiam quod coniunctio eorum in signis hominum significabit multitudinem infirmitatum eorum, Et coniunctio eorum in aliquo angulorum anni, significat divitum contristatem, vel regum & guerrarum multitudinem, & durabit res donec iungatur alia vice, Et coniunctio eorum in igneis, significat siccitatem & terre sterilitatem, Et in aereis aquosis ventos, In aquaticis vero multitudinem pluviarum: In terreis gelu: nives & frigoris multitudinem, Scias etiam quod fortune cum aspexerint minuent malum & mali augebunt: proba quod dictum est, & invenies si deus voluerit

De tempore adventus rei significate per coniunctionem mediam Martis & Saturni in signo cancri: vide bonatum in capitulo 3° quarti tractatus sui introductorij

Dixit Almansor in suis aphorismis: Cum due infortune coniunguntur et Luna coniungetur Saturno in latitudine: erunt fames et mortalitates: si vero Marti mutabuntur Reges et erit sanguinis effusio et prelia et Mortalitas in eo: quod significatur ab ipso signo et hoc non fallit

Capitulum 12m in coniunctione minorum planetarum

Dixit Mesahala coniunctio minor est coniunctio Jovis & Martis, & hec significat accidentia que fuerint ex coniunctione plurimis ventis & nimbus atque guerram, Si autem vicerit in eorum coniunctione fortuna, significabit fortunam, & si malum malum, Et scito quod Juppiter & Mars cum coniuncti fuerint in ascensu anni vel in aliquo angulorum eius, significabit commotionem & diversitatem regum nisi eos aspexerint fortune, Scito etiam quod quocumque aspexerit fortuna iuncta cum malo, apparebit natura fortioris eorum, Et cum iunctus fuerit malus cum malo, superhabundabit malum, nisi hijs qui prefuerint coniunctioni sit fortuna, hoc est qui fortior fuerit in figura: Intellige hoc est ultimum eorum que protulimus in hoc libro, et est secretum scientie astrorum.

et corruptionem aeris

FINIS EPISTOLE

Dixit Mesahala inspice planetas inferiores, & per suorum celorum: Scias quod celum lune extenditur usque ad celum Saturni, & ab eo incipit luna & significat multum de roribus & grandinibus, & luna recipit vaporem terre quoniam. igitur continuabitur a celo lune Saturni usque ad celum lune, & fuerit luna descendens & Saturnus stans, erit signum pluviarum durantium paulatim, & accidit cum nubes obviant sibi in aere pars parti ad invicem. Si autem fuerit Saturnus descendens, & luna ascendens, & fuerit porta celorum aperta unius ad aliud illud est significatio pluviarum in illa hora precipue si fuerit saturnus cum cancro, & luna in capricorno, & concordaverint caude, aut fuerit cauda in aquario & descendit unus eorum & alius unus eorum & alius ascendit, & addiderit luna in incessu: annus ille erit valde pluviosus & aquosus. Si autem fuerit luna cum hac mutatione in vere & occidentalis a sole, & descendens: significat multitudinem ventorum & rorum & durationem eorum Et si fuerit Saturnus retrogradus, & luna minus incedens minuetur in numero suo, Et cauda in aquario significat obscuritatum multitudinem & dacitatem pluviarum, & constrictionem frigoris et nives, & multiplicabuntur usque quo accedant usque ad .vi. dietas, vel plus & scias quod luna ligatur in celo saturni: Cum ergo fuerit Saturnus in cancro, & luna in capricorno vel piscibus vel Scorpione: significatio est aquarum, & libra que est exaltatio Saturni & aquarius domus saturni significant durationes pluvie & multitudinem nivis

Et si fuerit Saturnus in aquario Luna vero in sibi
opposito & unum illorum ascendens & aliud descen-
dens, significabit copiam aquarum, & quotienscumque
procedet luna usque ad leonem descendens et
descenderit ad spatium aque fontium que sunt in aquario
& hec significat pluvias, Et si ambo fuerint
ascendentia, erunt venti fortes et calidi cum ob-
scuritate & fient pluvie Et quando Saturnus
fuerit in alio loco ab isto, scilicet quod sit in ariete vel
tauro vel geminis, non erit in signis in quibus confortatur
potentia sua, non erunt pluvie, Et scias quod loca
sunt in quibus congelantur pluvie, sicut in armenia in
3° climate in locis elevationis ab introitu solis
in 19. gradu Scorpionis, usque ad introitum eius in
19. gradu Tauri, & hoc quia calor solis non infortiatur
in climate 3° & calefit illa obscuritas in aere
vel quiescet & infortiabitur, Sed cum fuerit Sol
in 19. gradu tauri, & usque ad 19. gradum scorpionis
multiplicabitur pluvia in meridionalibus villis
& que sunt a parte meridiei, & ville que sunt prope
Equatorem diei sunt nigrorum & cangi & cadensis &
ville meridionales, & ville que sunt prope equatorem
diei in climate primo, & etiam inspicitur in illo, a primo
minuto arietis & libre in radice signis & ii
sunt plures planetarum ab introitu solis scilicet 10. gradibus
post equabuntur, & si fuerit utrius cum sole & con-
iungitur lune est de horis lune: Cumque sigt pluries
est significatio in pluvia & tamen non sic significatio
lune quia est opposita celo saturni, & tamen fortior
significatio est lune quia hec habet humidare, Et
cumque pluries in 19. gradu Tauri est significatio in pluvia
Cum ergo volueris id inspice introitum solis in primum
minutum Arietis vel 19. gradum Scorpionis, & si fu-
erit plures domini suorum celorum & inspiciat eum
& adiuvet eos luna, significat multitudinem
pluviarum: Si vero non inspexerit luna dominus celi
sui, separati sunt pluries & minues & minues erit
in incessu suo: significat etiam pluvias, & similiter
luna significat ut Saturnus cum fuerit sub radiis so-
lis vel in suo opposito: etiam .H. significat de pluviis
quia in hiis 12. horis recipit & dirigit in loco, sed
inspice etiam locum Saturni & lune: Si ergo fuerit ut
dixi & vis scire horam pluvie in tuo anno: Vide
cum fuerit Sol in aquario & fuerit luna cum eo
significat paucitatem pluvie: Similiter si fuerit
Venus cum Sole in illo signo, & similiter Mercurius
Venus scilicet & Mercurius si coniunxerint, non cessa-
bit pluvia in illo anno donec removebuntur a sole
Venus & Mercurius: Si igitur fuerit Sol in aquario
domo scilicet Saturni & Luna in leone domo solis sig-
nificat multas pluvias & in illa hora, & si fuerit

Venus & Mercurius cum Sole significat multas plu-
vias, Et si fuerit Sol in piscibus vel in Ariete, &
luna in cancro, vel Libra, vel Virgine, significat
pluviam & sagiptus quantum ad primam partem scilicet pluvia
pore qui est in eo, Et si Mars solem aspexerit
& lunam aut Venerem, aut Mercurium, aut
unum duorum luminarium: significat multas pluvias
precipue cum se aspexerint quarto vel opposito as-
pectu quia etiam significat magis timorosa, ut fulgura
& hiis diis, & si fuerit Mars retrogradus, erit illa
timorosa pluvia, & si luna fuerit in tauro
Mars in Scorpione, vel Luna in Scorpione
& Mars in tauro qui est exaltatio lune, et
sol in aquario, vel piscibus vel Ariete, significat
multas pluvias & fulgura & fulgetra: Sed si
Mars fuerit in piscibus & luna in Sagiptario
& Sol in piscibus, significat pluvias & fulgura
& si fuerit Sol in Scorpione vel Sagittario &
luna in Scorpione vel Sagittario, vel piscibus
& Mars in Geminis vel Virgine vel in Tauro
significat motum fulgurorum & pluviarum & non multum
Et conveniet fulgetrorum sole in ariete que est domus
martis: Cum autem aspexerit luna aut fuerit in piscibus
quod signum est exaltatio veneris & Sol in Scorpione
domo Martis, Aut sol in libra domo veneris
erunt venti, & sole existente in capricorno vel aquario
domibus saturni, Ideo & quia celum Iovis & Mer-
curii colligantur simul, similiter Veneris & Martis:
superiores .H. pluries non habent vim in se ipsis & per se
non similiter inferiores nisi a superioribus: Cum ergo
Mercurius Iovem aspexerit in revolutione annorum quam
retuli, & fuerit unus eorum cadens & aliud ascen-
dens, & cadens aspexerit ascendentem, significat
in illo anno multitudinem ventorum, quoniam celum
Iovis est multiplicator ventorum, & Mercurius
significat de ventis: Cum & fuerit luna in tauro
& Mercurius aspexerit eam ab aquario, vel a
piscibus, & fuerit Mercurius in radice revolu-
cionis receptus a Iove significat ventos, Et si
fuerit Mercurius in aquario, & luna in Leone
aut Mercurius in piscibus & luna in sagittario
aut in virgine, aut sagittario cum Iove, aut
Mercurius in isto signo, significat ventos,
Aut erit Iuppiter in exaltatione sua, & mer-
curius in ariete, aut in piscibus & aspexerit Iovem
et continuabit cum eo: etiam significant venti, Et
si mercurius in Scorpione, Iuppiter in tauro, aut
leone, significant venti, Et si fuerit mercu-
rius in Scorpione, & Iuppiter in tauro vel
in sagittario, & continuabitur ei luna, aut ge-
minis aut virgine, significant venti, Et

si fuīt sol ī Scorpione / aut Sagittario / aut aquario / aut libra / aut piscibus / aut Ariete & Mercurius sb radijs solis: significant uenti multi / Et si aspexerit eum uenus / erūt pluuie / Et si mars aspexerit eū erūt fulgor. & fulgura / & si luna transierit p eū erit pluuia / & inspice de Mercurio ut dixi celū aut martis & ueñs coligant ad inuicem / & inspice ī reuolutione āni lunam & uenerē + De oppoē sua nō in hora aspect. q significat qui significat quod erit & non completū erit ī illa hora / Sed si fuīt / a Scorpione nō durabit pluuia: Cū g°. Venus fuerit ī tauro / aut ī aquario / & aspexit luā eū / a Scorpione & mars cū luna / erunt pluuie cū fulgetris & tonitruis / & erunt grandines / & forte si saturnus aspexerit lunā erūt grandines ledentes messes et interficientes uolucres / Et si fuīt luna ī reuolutione / ī Scorpione / aut ī Sagittario / aut ī aquario / aut ī piscibus: Si fuīt mars lunā aspiciens ex opposito sua q nō sint ī scorpione significat diminutionē p dict. Et si fuīt / a Scorpione nō faciet damnū pp uaporē qui est ī Scorpione / Et qn uenus fuīt ī Scorpione / aut ī Sagittario aut ī tauro significat pluuias: Retrogradatio ueneris in Scorpione / aut capricōno aut Aq̃rio / significat pluuias multas Et qn recesserit luna ī fondamito gōnis / a pletā supiori & applicuīt pletē inferiori / uel econuerso significabit pluuias / Cū uō Mars erit cadens / & Venus ascendens meridionalis significat pluuiā: Cū aspexit eum luna / a leone uel / a uirgine: cū uenus fuīt sb radijs / & aspexit eum luna / a piscib; Venere eunte in tauro / uel inspexit eam ī Ariete Luna / a Libra significat multam pluuiā ī illo tpē / Et si absconderit Mars aspectū suū minuet ex illa pluuia ī illo tpē Et si absconderit Mars aspectū suū minuet ex illa pluuia: Cū fuīt Luna & Venus ī reuolutione / & Mercurius & in piscibus signū erit pluuie / Si luna & Venus erūt ī aquario ert pluuie: Si aūt fuīt in Ariete / aut ī tauro significat diminutio pluuie: Luna & in reuolutione / opposita soli aut Saturno / aut Veneri significat ī.d corruptionē aeris & pluuie la rore: Si fuīt luna / & dnūs sue domus addentes erit corruptio ex multo rore si deus uoluīt. -

Qn intrauīt Sol p°. minutū 20. g. Scorpionis accipe ascendens si fuīt signū aquosū & luna et fit ī adso / & Venus similr erit pncipiū hyemis pluuiosū & frigidū humectās: Si fuīt Venus occidētalis debilis & luna. ascendens ī aquosis signis / erit similr pncipiū frigidū & huīdū Notādū q Venus sb radijs ē sicut mulier sb uiro: fac descendē aquas: Si fuīt Venus orientalis / a sole erit pncipiū siccū / Si fuīt uō non fuīt ascendēs ex aquosis / n luna fuīt in adso erit pncipiū hyemis pluuiale & postremū siccū / Et si fuīt ascendēs igneus / & dnūs eius ī aquoso tē erit tpūs tempatū / n cū multa n cū pauca pluuia / & inclinabit aliquātulū ad humiditates & fulgetra / Et si fuīt ascendens igneus & dnūs suus in signo uentoso ert pauce pluuie & multi uenti ī illo āno / & si fuīt dnūs hore humidus & roridus / erit ānus bonus / Et si fuīt siccus corupet ānū / & si fuīt ascendens signū terreū / & suus dnūs in sig°. aqueo erit ānus bonus multis pluuijs & roribus / & si dnūs hore ī signo igneo / & ipē dnūs in angulo / erit ī illo anno siccitas magā. Si fuīt ascendēs aquosus / & dnūs suus ī signo uētoso ert ī āno multi rores / & uenti / & nebule / Et si fuīt ascendens igneū / & dnūs suus in signo aqueo / erit illa quarta illius āni multum humida cū pauca pluuia / uel multiplicabit frigidas / & minuet pluuia / Et si fuīt ascendens uentosū / & dnūs suus ī sig° terreo significat multos uentos: paucos rores: Similr qn Sol coniugēt in ascendente cū aliq trium supiorum / & aliquis eorum sit in 4ta. domo / sigficat pluuie ī pa 4ta. mensis / uel āni: Similiter si fuīt ī septima / erit ī media 4ta āni: Similr si ī. 10. erit er res ī trib; 4ts. mēsis uel āni: Similr si ī 4ta. erit illud ī fine āni: Similr si ī suo opposito / & ī suo quadrato / precipue in hyeme aut uere / accipe recte sigficationē suā et cēdit ī pluuijs affluentias aquarum: Similr si fuīt in estate / significabit grandinē grandē / & fortē hoc ē cum fuīt coniūctio / aut oppositio ī signis terreis / aut aquosis: hoc enī significat multitudinē pluuie & affluentie Si aūt fuīt ī signis igneis: significāt bella: guerras: captiuitates: cedes / incendia & extirpationes uegetabiliū n fuīt coniūctio sua ī sig. uētoso & quadrabit aliquis eorum aliqd signorum terreorum: signū est uentorum & rugitus eorum / & corruptionē fructuū / & multitudinē tempestatū: Si uis scire horā s. qn applicuīt sol ad locum pletē

qui ē ī quadrato & elungabit hēt significatio qñ luna ē ī ascendente uel in opposito. Si dixīt quis ubi erit: hoc amplius inspice constitutionē planetarum si erit ī ascendente, erit a parte orientis si ī medio celi ī meridie si in .7. in occidente: si ī 4. ī septentrione. sup hoc funda et mutios deo uolente Finis.

Incipit tractatus Astrolabij universalis


Siderei motus et effectus motuū speculator et dux pthol̄omeus: inter cetera sui ingenia: astrolabium edidit et unicuiq climatū: tabulā propriam deputauit: quas omnes Arzachel tolletanus admirabilis inuentor in unā tabulā reduxit: que cū universis terris sit cōmunis: Astrolabiū universale nō inmerito nuncupatur: cuius rei sciencia usq ad hoc nostrū tempus anno dñi 1231 omēs fere modernos latuit: Viā itaq inuentoris imitantes: distinctiones eiusdē instrumēti primo in corpore deīn inclinationes eius in plano postremo opus et utilitates illius enodabimus.

Signatis igitur in spera meridiano et equatore: utrumq per interualla quinos gradus continentiā diuide: deinde eq distantes equatori, per singulas punctationes alterinsecus in meridiano transeuntes facias. et hij circuli uiā solis et stellarum erraticarum et fixarum hostendunt: Postea per pollos et singulas punctationes in equatore circulos magnos circunducas: et hij circuli hostendūt arcus de equatore: qui interiacent meridianum et stellas: similiter et stellas et orizonta.

Zodiaco in spera designato: eum sicut ī eqtore per interualla quinos gradus continētiā diuide: et eidē equedistantes gradus per quinq gradus incedētes alterinsecus facias: deinde per eius pollos, et eius punctationes singulas: magnos circulos circunducas eq distantes et latitudines stellarum: magni uero circuli gradus earum designant: Ptholomeus quidem istius scientie fundamentū sui de hoc instrumento machinamentū super equatorē in planum conuertit: hoc aūt instrumentū sup meridianum in planū cōprimit et hoc est de corpore.

Deinceps huius instrumēti lineationes que in plano debent fieri exequamur: hita itaq lamina uel tabula in utraq parte sit planissima: In una eius planicie fiant ea omnia q ī dorso astrolabij fieri solent uidelicet limbus et alia sequentia: uel per tedio euitando: in quarta inferiori: que est a dextris lineatur quadrans sīn et distinguant hore e contrario ei quadrati quo omissum sit perpendiculū hēt: q2 ibi mouet instrumentum: hic mouet rota et consideret quanta sit altitudo solis meridiana ī mīnia regione tua uel in climate quarto quod q̄i commune est omibus terris et nota eam in linea diuidente quartam circuli ductam per medium, et secundū porcionē eius superiorem uersus centrum fiat quadratū orthogonū sīn doctrinā ptholomei: Deinde lineentur linee, sīn doctrinā datā de quadrante: tū ut dixi, e contrario ei quadranti q mouet, et sistant omnes ad contactū orthogonij & diuidantur latera orthogonij in xii puncta: sicut in astrolabio fiunt: Deinde fiat regula cum pinulis et clauis regulam tabule coniungens similiter et armilla. sicut in astrolabio fieri solet, et hoc modo in exteriore planicie opus complebitur.

Consequens est ut lineationes et mensure que in alia planicie. s. in arte fieri debēt. subsequatur. In primis igitur limbū ad mensurā eius qui in alia planicie factus est, et simili modo distinguas: postea planiciē per duas dyametros in centro tali se se orthogonaliter secantes: in quatuor quartas diuide: & per has litteras dyametros designa a. b. c. d. Dyameter. a. b. sit equator. c. d. sit orizon in spera recta: ultimus uero circulus in limbo meridianus erit: Deinde pone unum caput regule in puncto. b. et aliud extende per quintū gradū iuxta. c. uersus. a. et ubi secat dyametrum. c. d. puncta. et incede per quinos uersus. a. semp punctando in dyametro. c. d. Similiter extende regulam a puncto. b. ad quintū gradū iuxta. a. uersus. d. et ubi secat dyametrū. c. d. puncta et sic incede donec peruenias ad quintū gradum iuxta. d. Postea extende dyametrū. c. d. ex utraq parte longe extra tabulā: deinde pone unū pedem circini in linea extensa ex parte. c. et coapta circinū ita ut unus eius pes attingat quintū gradū ab. a. uersus. c. et transire possit per primā punctationē in dyametro. c. d. iuxta. b. uersus. c. et lineā curuā facias: simili modo per sequentes gradus et punctationes incede donec. 18. lineas completas curuas habeas: Eodem modo facias in alia medietate ex parte. d. et isti sunt circuli eqdistantes equatori: postea pone unū caput regule in puncto. d. et aliud extende ad. 5. gradus iuxta. c. uersus. b. et ubi secat dyametrum. a. b. puncta, et sic incede donec peruenias ad quintū gradū iuxta. b. Eodem modo facias in alia medietate: Extende postea dyametrū ab utraq parte longe extra tabulam: Deinde pone unū pedem circini in linea. a. b.



ex parte .d. ipm coaptando ut transeat ex .c.
p primam punctationē in .a.b. iux centrū
uersus .a. in punctum .d. et curuā lineam
facias: Simili modo facias de omnibus puncta-
tionibus et hoc in utraq medietate tabule/
et erūt ex utraq parte .18. linee curue/ et isti
sunt circuli qui a pollo ad pollū p gradus
equatoris oppositos transeunt.

3 Z Zodiacum aūt sic signabis/ enumera declina-
tionē solis maximā .s. 23. gdus et .30. minuta
ab .a. uersus .d. et pone ibi .f. et in eius opposito
pone .g. et duc lineā ab .f. in .g. et hic est
zodiacus: Itē a .c. uersus .a. 23. gradus cum
dimidio enumera et ibidem pone .h. et in
eius opposito pone .i. et duc lineā ab .h. in .i.
que est axis zodiaci et .h. et .i. sunt polli eque
distantes zodiaco et circulos transeuntes de
pollo ad pollū zodiaci: simili inuencione et
mensura qua in equatore ductū est facias: dein
iux .f. et pte .a. scribe centrū: ita q .6. de cir-
culis transeuntibus p polos zodiaci capiat:
+ simili modo scribe Leonem: Virginē: Librā
Capcornū Sagittarū: Deinde uice uersa iux
.g. ex parte .b. scribe capcornum et cetera
signa/ ut se se sequantur.

4 A Dultimū orizon hoc modo fiat: Enumeret
latitudo regionis a .c. uersus .d. et ibidē fiat
minutissimū foramen: similiter et in eius oppo
sito: deinde filum sericū his extensum et bene
firmatum in predictis punctis colloces et sicut
uariant latitudines regionū/ uariabit et fili
positio/ et hoc de composicione astrolabij uni-
uersalis dicta sufficiant

5 H His ad hunc modū dispositis: deinceps ad opis
utilitates conuertam: Ad cuius rei euidentiam
presciendū occurrit necessarias esse tabulam
circuli recti et tabulam regionis: quibus hitis:
opis pma est utilitas ascendētis et hore scientia
Solis igitr gradu scito et altitudine eiusdem
cū regula in dorso instrumēti pcepta: tandem
in pte inferiori ab orizonte uersus meridiem
ubi est armilla enumera: Deinde filū a pūcto
altitudinis eque distans orizonti trahas et ubi
tangit uiam gradus solis signa: postea cōputa
circulos magnos equatoris usq ad orizonta
et habes ascensiones inter gradū solis et orizōta
quas addas sup ascensiones gradus solis in orizōte
et collectū in tabula regionis quere et signū
sub quo collectū inueneris ascendet et gradus
equalis ei oppositus illius signi est ascendens:
Diuide igr ascensiones que sunt inter gdum
solis et ascendens p partes horaz gradus solis.
et habes horā presentē et partē hore: Itē ascen
siones gradus ascendentis in ear circulo recto
quere et in eaz directo gradus equalis est gdus
medij celi hoc modo agendum est ante mer-
ridiem: Post uo meridiem altitudinē solis per-
cepta et uia eius inuenta et per rectorē siue
filū eque distantē orizonti ductū loco solis
inuento: circulos equatoris usq ad midianū
computa et hēs ascensiones in circulo recto
que sunt a gradu solis in mediū celi: quas
addas super ascensiones gradus solis in circulo
recto et gradus ei oppositus equalis est gdus
medij celi qd it in tabula tue regionis quere
et gradus qui est in eaz directo est ascendēs.
longitudinē solis a medio celi p partes horaz
gradus solis diuide et habes horam psentē
et partem hore/ uel sic iiii horas in
dorso instrumēti ut dixi eas inuenire potis
cū signata fuit altitudo solis meridiana ut
fieri solet in filo ppendiculi. Altitudinē solis
midianam singulis diebus hoc instrumēto sic
+ inuenies addito motu 8e spere sr gradum
solis illius gradus uiam considera et inde
ubi illa uia tangit meridianū q est alzimuth
in limbo: deinde gradus usq ad orizōta
computa/ et habes altitudinem midianam
illius diei in orizonte determinato et nota q
filum siue rector de quo dictum est supius
+ eq distanti orizonti ductū e loco almut


6 H Oras noctis et ascendēs sic inuenies et post
ascendens sic: accepta altitudinē alicuius stelle
fixe et nocte s. orientis uel occidētis in tablā
de stellis fixis consideret eius gradus et lati-
tudo et pars latitudinis p equedistantes zo-
diaci et inde uiā stelle/ et uiam sui gdus.
postea pone filū siue rectorē sup altitudinē
in   et eque distātē orizonti extende
p uiam stelle et puncta et ibi est stella: dein
considera quis de magnis circulis zodiaci tran-
sit p punctum stelle et ubi secat uiā gdus
1 et stelle signa/ et si stella est ex pte orientis: ascē-
siones que sunt inter gradū stelle et oriens
p circulos equatoris sume et pone sup ascē-
siones gradus stelle in oriente et hēs ascēdēs
Si uo fuit stella ex pte occidentis: accipe ascē-
siones p circulos equatoris inter gradū stelle
et medium celi et eas adde sup ascensiōes
gradus stelle in circulo recto et hēs mediū
celi et p mediū celi inuenies ascēdēs et ecōuso
ut dictum est.


H Oras āt noctis sic inuenies: considera nadir
solis in qua parte fuit: si in pte orientis ascē
siones in tabula regiōis inter ipm et ascēdēs

p partes horarum diuide nadir et hes quod queris
Si in parte occidentis fuit: ascensiones inter
ipm et medium celi in circulo recto p partes
horarum nadir solis diuide et hes horas a media
nocte preteritas & hoc est quod uolumus.

V T autem scias de stella an orta sit de die uel de
nocte: considera utrum gradus stelle an gradus
nadir solis est plus gradibus. Si gradus nadir
solis est plus gradibus: orta est stella de die:
si minus orta est de nocte. Et nota quod stella
numquam uenit ad ortum nec ad medium celi cum
suo gradu nisi illa que est in uia solis: que caret
latitudine: Ad medium autem celi tamen ueniunt
cum suo gradu que sunt in primo gradu cancri
uel capricorni sive habeant latitudinem sive non
sit ad ortum uel occasum: et hic abreuiat opus
id in canone tabularum ubi fit incessus secundum sectionem
sectorem sive katetum et arcus et multiplicatio
sinus in sinus et non consideras de altitudine
meridiana solis uel stelle a 5 gradibus uel
infra ante meridianum et 5 post quia ut dicit
ptholomeus 5 gradus ante meridianum et 5 post
eiusdem sunt altitudinis unde uerus meridies non
scitur nisi p katetum in plano et p lineam meri-
dionalem uel p chorastum in orthogonali sup-
ficie erecta ut in multis usitatur locis Ad
euitandum opus tedium et opus huius ingenii
imaginator arzachel secundum latitudinem
toleti ad quemlibet gradum ascendentem 6 s.
signorum ab ariete incipiens domos iudiciorum
distinxit ut in tabulis toletanis inuenitur ut
in iudiciis astrorum laborem computi auferes:
cum ut secundum diuersarum regionum latitudines disti-
guere possis uiam subiciemus: de latitudine uero
regionum inuenienda plani sunt canones apud
astrologos: hic autem breuitati insistimus: domos
12 p quas fiunt iudicia sic distingue: partes
horarum gradus ascendentis duplicatas super ascen-
siones gradus medii celi in circulo recto adde
et collectum in circulo recto quere et in eius
directo est inicium 11 domus: item easdem
partes horarum adde sup ascensiones inicii 11 do-
mus & collectum quere in circulo recto et
hes inicium 12 domus: item partes horarum ascen-
dentis duplicatas a 60 minue & residuum
sup ascensiones ascendentis in circulo recto
adde et collectum in circulo recto quere et
in eius directo hes inicium 2e domus: item
residuum sup ascensiones inicii secunde domus
adde et collectum quere in circulo recto et in
eius directo hes inicium 3e domus: Relique uero
6 domus p opposita istarum sumantur: Quantum
autem ubique terrarum ponat signum in ortu uel occasu
p tabulas regionis scit ut sup demonstratum est
Arcum diei uel noctis scire poteris p hoc instru-
mentum sic: considera uiam solis et enumera
circulos equatoris gradus usque ad meridianum
et hes medietatem arcus diurni diei: eodem
modo facies in nocte de nadir solis et habes
arcum noctis: quos arcus si p partes horarum
diei uel noctis diuiseris: hes horas diei uel
noctis artificiales et si p 15 diuiseris: horas
naturales sive equales inuenies: Opera autem omnia
et mensure quas docet astrolabium ptholo-
mei p dorsum istius instrumenti possit fieri
cum in nullo discordant: que omnia cum in
locis et nostris scribantur eis in hoc ope nostro
supsedemus

V Ltimum est tabulam de stellis fixis secundum ar-
zachelem huic instrumento necessariam adiungere:
ad minus unam uel duas stellas in quolibet
signo: Et nouit deus quod ego G. Anglicus
ciuis massilie professione medicus ex merito
scientie astronomus dictus ex debili primo stu-
dio uehementi et imaginacione perspicua
circa hoc opus fere p 6 annos quando licuerit
animam meam fatigaui quia hoc meum
principium non fuit nisi quod arzachel speram
sup meridianum ut dictum est superius compressit
Explectum est hoc opus anno domini 1231 die 2
Januarii





Albategni auctoritate ptolomei dicit quod in tanti magisterii excellentia veritatem ad unguem comprehendere non est possibile asignans causam quod forsam est aliquis motus qui nondum hominibus innotuit aut propter eius tarditatem aut propter ipsius ad alium vicinitatem etc.

Plinius: Celi mensura non venit in digitos.

Abrachis remotior a veritate quam ptolomeo posuit annum constare ex 365 diebus et sex horis quem secuti sunt fundatores kalendarii que oppido si esset vera sol rediret ad primum punctum quo cepit moveri et non esset kalendarium alia verificatione.

Ptolomeo ponit anni quantitatem minorem predicta per 300am partem unius diei adeo quod in tercentis annis kalendarii nostri erit solstitium ante finem anni per unum diem.

Albategni dicit anni quantitatem dicit annum minorem quam ponat abrachis quantum est una centesima unius diei.

Alfonsi oppido quod habetur seu minus a veritate discedens est quod quantitas anni sit 365 dierum et minuta 49 et 2e 17. unde quantitas anni est modicum plus quam 6 partes unius hore et sic in annis 134 aufertur una dies ut patet recte calculanti.

Thebit annus non erit reditio solis a solstitio ad solstitium vel ab equinotio ad equinotium quia variatur sed erit solis reditio ab eadem stella fixa ad eandem stellam fixam quia semper quantitas illa est equalis et secundum thebit anni quantitas est 365 dierum et minuta dici et ultra 23 secunde et 30 tertie et sic maior est annus quam dictum sit etc.

Aristoteles de quantitate anni nihil dicit ultra illud quod dicit ptolomeo.

Concludit Caro marcell

Si igitur in motu Solis est tanta difficultas quanta debet esse in aliis planetis qui pluribus et difficilibus motibus moventur / Ergo etc.


De motu augium

Motus augium nondum verificati sunt nam auctor theorice asserit augem moveri in annis dcccc.vii gradus ad orientem et iterum aliis dcccc annis totidem gradibus ad occidentem.

Albategni dicit auges moveri in annis lx et iiii mensibus gradu uno versus orientem.

Alfaganus dicit centum annis uno gradu versus oriente semper.

Thebit ponit motus augium declinare et est secutus sententia indorum cum quo concordat arzacel et albumasar in libro conclusionum et sic ponit aux solis progredi et regredi nec recedere a signo geminorum nec etiam ire in circuitu terre.



questio de inmobilitate capitis et caude.

☊. et. ☋. causantur ex deferente. ☉is et ex deferente ☽ uel equante

1460 die 26 mensis iunii [illegible] [illegible] hora 8 cum dimidia ut circa

♀ et ☿ anbo h(abe)nt ortum et occasum in uesperis et ortum et occa^m^ in mattutinis et id quando sunt uelotioris cursus q(uam) sol cumq(ue) aliquis eo(rum) est. ☉. o. ipo existenti recti Cursus tunc ipe uincet eum et egredietur de sub radijs ☉. et est eius ortus in occi^te^ in vesperis. donec peruenerit ad suam plurimam longitudinem a sole. deinde minuitur Cursus eius et redit ad radios ☉. et est occasus eius in occ^te^. in uesperis. Cumq(ue) se peratur a sole. et egreditur de sub radijs solis oritur in oriente in mattutinis usq(ue) quo p(er)uenerit ad suam plurimam elongationem a ☉. deinde fit uelox cursus eius et sequitur solem et fit occasus eius in oriente in mattutinis Alfra Cap^o^ xxiii^o^.

Dicuntur occidentales. q(uia) diu ☉. occidentem uesperi in secuntur dum aut(em) mane ☉ ante cedunt orientales dicuntur

♄ et ♃. Orientales dicuntur q(uia) diu ☉ ab eis post. o. recedens ad. o o. eo(rum) pro cedit quia peracta occ^es^ app(ar)ent donec iterum eis coniungitur

Cremens [illegible] blacking

Innocentius eps servus servoꝝ

